



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



1

NATALITIA
AUGUSTISSIMI ATQUE POTENTISSIMI PRINCIPIS
LUDOVICI GUILIELMI AUGUSTI

MAGNI DUCIS BADARUM DUCIS ZARINGIAE
ACADEMIAE ALBERTO-LUDOVICIANAE
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

AD DIEM IX. FEBRUARII

RITE PIETATE CELEBRANDA

SENATUS ACADEMICI NOMINE INDICIT

Dr. HENRICUS SCHREIBER

SS. THEOLOGIAE PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.


INEST COMMENTATIO DE GERMANORUM VETUSTISSIMA
QUAM LAMBERTUS CLERICUS SCRIPSIT ALEXANDREIDE.

Friburgi Brisigaborum

TYPIS EXCUDEBAT FRIDERICUS WAGNER.

MDCCCXXVIII.





Summae sunt meritaque laudes, quibus potentissimorum Zaringiae ducum memoria literis mandari consuevit. Pulcherimum enim illi censebant suoque nomine dignissimum, gravibus labantis imperii rebus succurrere, liberas condere legibusque stabilire civitates, artibus denique praesidio esse musisque, diuturna temporum barbarie huc illuc jactatis, patriaque, in qua requiescerent pristinumque decus recuperarent, pulsis atque orbatis. Neque vero veteres solum nobili hoc studio clarissimi facti sunt; sed ad posteros etiam sublimis hic excelsusque, quo majores eminebant, animus transiit augustissimumque, cujus natalitia mox celebraturi sumus, principem nostrum **LUDOVICUM**, quem et omnium suorum patrem, et nostrae musarum sedis instauratorem rectoremque magnificentissimum veneramus. Quapropter vos etiam, charissimi cives academici, ut ad summum **EIUS** festum, omni qua par est pietate peragendum, alacri animo advoletis, cumque nostris

vestra consocietis vota, intimus jam obedientiae amorisque hortatur affectus. Candidi vero lapilli loco, quo laetos sacrosque nobis dies notare solemus, pauca quaedam vobis subjunximus de Lamberti Clerici Alexandreide, quam florentissimis Zaringiae ducum temporibus, ad Rheni superioris ripas, dialecto testante, scriptam, atque nunc e tenebris, quibus obruta delitescebat protractam, potentissimae domus gloriam atque splendorem mentibus vestris revocaturam, illiusque ævi morum, disciplinae, ingeniique specimen exhibituram esse, confidenter speramus.

Triennium elapsum est, ex quo *Alexandreidos*, germanica mediæ ævi lingua scriptæ codicem, e scriniis publicæ Argentinensium bibliothecæ protraxi, ejusque specimē poëseos cultoribus amatoribusque proposui. *) Neque defuere, qui rem eo magis doctorum studio atque cura dignam judicarent, quo probabilius poëtarum nostrorum Badensium ordo novo præclaroque nomine augeri exornarique viderentur. **) Qua quidem spe, grata nimirum et accepta, me quoque primo intuitu delusum fuisse, fateor; mox tamen prævalentibus, quibus irrita reddebatur, gravissimis argumentis. Haec cum ita se habeant, magnique intersit ad salutarem in illustrandis patriæ antiquitatibus rationem ut recto accuratoque veri studio deficere non videamur; rem integram denuo tractandam, altius in fontes atque operis conditorem, inquirendum, hoc ipsum denique analysi et speciminibus illustrandum explanandumque putavi.

Codex Argentinensis manuscriptus C. V. 16. triginta membranis folio minori est compositus. Quavis pagina, in duas columnas divisa, continentur lineæ quinquaginta sex, gracili calamo designatæ. Literæ initiales rubro colore distinguuntur; reliqua scriptura eleganter picta,

*) *Hunstblatt zur Charis*. 1824. Nro. 6—9.

**) *Mone badisches Archiv*. Tom. I. p. 49. sqq.

parva, nullo versuum intervallo divisa, ineuntis saeculi decimi tertii notam praebet.

Insunt codici tria poëmata, quae de fide, de supplicatione religiosa per omnes sanctos, et de Alexandro Magno agunt; subsequitur quartum, quod Pilatus inscribitur, sine mutilum. Duo illa priora meras parāphrases latinarum sententiarum, quae praecedunt, exhibent; invita Minerva conscriptas, neque tamen iis, qui vernaculae linguae historiam tractant, negligendas. Quartum poëma, quod, fragmentum licet, majoris est momenti, summam conqueritur difficultatem tractandi linguam germanicam, indomitam adhuc et syntaxi repugnantem, quae chalybis instar incudi sit imponenda obnixaeque procudenda. En ipsa poëtae verba:

Man sagit uon dutischer zungen
siv si unbetwungen
ze uogene herte . . .
si werde wol zehe
als dem stale ir geschee
der mit sinem gezowe
uf dem anehowe
werde gebouge

Paucis hisce praemissis ad tertium codicis poëma, *Alexandreida* dico nostram, nos convertamus.

Rerum praeclare gestarum fortiumque virorum praeconia poëtae non minus quam historici peragere consueverunt. Innatum quippe est hominum naturae, ea, quibus singulari quodam modo tangitur, exornando variare, indeque, relictis quas minus perfectas auguratur

partibus, exempla desumere omnino absoluta. Nullae autem celebriores res a quoquam gestae inveniuntur, quae magis poëseos cultum ornatumque admitterent, quam praeclarissima illius celebratissimi herois facinora, qui parva suorum manu maximum Persarum imperium evertit, totoque terrarum orbe emenso armisque subacto, juvenis matura morte correptus hominumque oculis est subductus. Nonne ipse etiam, Dei famam memoriamque ambiens, poëseos splendorum insolitasque laudes simplicibus historicorum commentariis longe praefererat, cum spreto patre humano genus ab Ammone duceret, Achillem summo studio imitaretur, denique ex India redux cum toto exercitu bacchabundus procederet? Ne varias illas artes commemorem, quibus, Plutarcho atque Diodoro testibus, usus est, ut gigantes, non homines, ad terrae fines se duxisse posteris persuaderet.

Quibus omnibus veri est perquam simile, jam a primis temporibus Alexandrum Magnum poëtis largam carminum materiem prae-buisse, et progredientibus post ejus mortem annis cursuque temporum, eo illum modo inclaruisset, ut vera cum fictis apud cunctos fere populos miscerentur.

Longe vero gratissimus jucundissimusque obtigit talis heros medii aevi scriptoribus, qui ipsi variis terra marique casibus agitati, belli proeliorumque cupidi, vitaeque obsoletae pertaesi, nil nisi insolitum spirabant inauditumque. Quo factum est, ut veteres imprimis Gallorum poëtae, apud quos prima ingenii literarumque redeuntium lux ordiebatur, inclito Macedonum regi longam suorum

operum seriem consecrarent. Biographia, quae dicitur universalis, Tom. I. pag. 535. novem poëtas Alexandrographos, quorum codices inediti adhuc in bibliotheca regia Parisiensi latent, recenset hisce verbis. « I. Le roman d'Alexandre par *Lambert li Cors* et *Alexandre de Paris*. II. Li roumans de tote chevalerie, ou la geste d'Alisandre par *Thomas de Kent*. III. Le testament d'Alexandre par *Pierre de St. Cloud* (*Perrot de Saint-Cloot*). IV. La vengeance d'Alexandre, c'est-à-dire la vengeance que son fils Alliënor tira de sa mort, par *Jehan le Venelais*. V. Le voeu du paon, qui contient trois branches, savoir: les accomplissements des voeux du paon, les mariages, et le restor (rétablissement) des voeux du paon. Cette dernière partie est de *Jehan Brise-Barre*, qui mourut vers 1330. Les autres écrivains, qui ont contribué à cette collection, sont: *Guy de Cambray*, *Simon de Boulogne* surnommé *le Clerc*, *Jacques de Longuyon* et *Jehan de Motelec*. Le roman d'Alexandre fut ainsi l'ouvrage des poètes les plus fameux du XIII^e siècle. Les premières parties parurent vers l'an 1210, sous le règne de *Philippe-Auguste*, et non sous celui de *Louis VII*, comme on l'a dit. »

Quibus autem ex fontibus omnes hi poëtae hauserint difficile est dijudicatu. Ad veritatem tamen proxime mihi accedere videtur, non veteres quidem rerum Alexandri scriptores ipsos, Diodorum dico, Plutarchum, Arrianum, Curtiumque, Alexandreidos argumentum subministrasse; sed posterioris temporis libellum quemdam, latino sermone conscriptum, cujus codices usquequaque occurrunt, quique

inscribitur: « *Historia Alexandri Magni regis Macedoniae de praeliis.* *) » De hoc libello *Casparus Barthius* *Adversariorum Commentariorum* libro II. cap. 10. aspere nimis contemtimque loquitur:

« Talia multa in non inerudito monacho sunt, qui vitam Alexandri Magni prodigiosis mendaciis farctam edidit ante aliquam multa saecula; quae fabula tantum olim fidei habuit, ut a prudentibus etiam scriptoribus sit testimonio citata, qualis sane ante plus quam quatuor saecula fuit in Anglia *Silvester Giraldus*, qui non dubitavit ejus cellionis auctoritate uti. An ea egregia historia edita unquam sit, nescio; nos in charta scriptam habemus, sed tanti vix aestimamus, ut in bibliothecam recipiamus. Est idem auctor quem *Aesopum* vocat, et interpretatum a *Julio Valerio*, Franciscus Juretus ad Symmachi librum I. epistol. LIV. editione quidem priore. Ego vero neque de auctore neque de interprete credo romani graecive hominis esse; maxima enim in eo graeci sermonis ignorantia nec ulla romani notitia est. »

Fabricius quoque in catalogo scriptorum de rebus gestis Alexandri Magni (bibliothecae graecae libro III. pag. 207 sqq.), sub nominibus *Aesopi*, *Callisthenis*, et *Julii Valerii*, fabulosae hujus historiae mentionem facit addens: manuscripta graeca, quae hodie sub *Callisthenis* nomine in quibusdam bibliothecis supersunt, ex persico vertisse *Simonem Sethum*, eaque nomen *Callisthenis*, vel *Antisthenis*, plane mentiri, cum inepta quaedam contineant commenta destituta omni prorsus

*) *Panzer* annales typographici. Tom. I. p. 31. sqq. *Ebert* allgemeines bibliographisches Lexicon. Tom. I. Nro. 411. sqq.

utilitate et amoenitate. Meminit et *Casaubonus* hujus *Pseudo-Callisthenis* in epistola ad *Jos. Scaligerum* CCCCII.

« Exstat in bibliotheca (regis Galliae) *Pseudo-Callisthenis* historia rerum Alexandri. Observavi hoc *μύθευμα* totidem fere verbis in Ebraeorum sermonem versum a *Pseudo-Gorionide*. Et sane cum voluptate quaedam contuli, multaque in textu etiam italico emendavi, praesertim virorum et locorum nomina. Admiror vero imposturam.» *Scaliger* ad *Casaubonum* in epistol. CXIII. « *Pseudo-Callisthenes*, puto, idem est cum eo libro, quem in calce *Georgii Syncelli* habeo. Est opus fabulosum. Ab eo non potuit accipere *Pseudo-Gorionides*, sed a latino; quod manuscriptum me aliquando vidisse memini ubi multa quoque ineptissima erant. » Adde epist. CXV., ad quam *Casaubonus* in epist. CCCCXIII. « *Pseudo-Callisthenes* non est ille scriptor, quem habes codici monachi adnexum, sed alius, haud paulo *κομψότερος* et qui decenter *ἐπιεικῶς* minime agit. Demiror impostores illos, nam ante multa saecula prodiisse id fragmentum satis constat. Etsi autem libro, quem habes, idem *μύθευμα* continetur, *Pseudo-Gorionidem* tamen, qui non semel *Callisthenem* laudat, hunc potius, qui penes me est, transscripsisse *καὶ μεταφράσαι* non dubito, sive graece eum legerit, quod non puto, sive latine aut gallice. »

Sed missa haec faciamus, quae primum atque remotissimum *Alexandreidos* fontem spectant; quandoquidem, qui nostram condidit *Alexandreida*, ipse testatur, se neque ex graeco neque ex latino, verum ex gallico *Alberici* poemate, operis sui origines traxisse. Orditur enim:

« Daz liet daz wir hie wirken
daz sult ir rechte merken
sin gevouge ist uil gerecht,
iz tichte der paffe Lamprecht
unde saget uns ze märe
wer Alexander wäre.
Alexander was ein listich man
vil manige riche er gewan,
er zestorte manige lant.
Philippus was sin uater genant,
daz mugit ir wol horen
in libro Machabeorum.
Elberich von Bisenzun
der brahte uns diz liet zu,
der het iz in walischen getichtit
ih han is uns in dutischen berihtet,
nieman ne schuldige mih
alse daz buoch saget so sagen ouch ih. »

En igitur Alexandreidem nostram cum universo illo poematum gallicorum hujus argumenti genere, de quo paullo superius mentionem feci, arctissime conjunctam. *Albericum* enim, qui in nostro poemate commemoratur, *Vesontione* (*Bisenz*, *Bisenzun*, hodie *Besançon*) celebri Galliarum propugnaculo, Romanis notissimo*), oriundum puto; eundemque habeo, quem alii alio loco *Vicentinum* italum falso crediderunt.**)

*) « Cum tridui viam processisset, nunciatum est ei, Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum *Vesontionem*, quod est oppidum maximum *Sequanorum*, contendere triduique viam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere praecavendum sibi Caesar existimabat etc. » CAESAR de bello gallico lib. I. cap. 38.

***) Literarischer Grundriss zur Geschichte der deutschen Poësie durch

Praeterea *Albericum* hunc plebejis esse adscribendum liquido patet; sequentibus enim nostri poëmatis versibus edocemur, *magistri* eum cognomine, nobilibus tunc temporis inusitatissimo, insignitum fuisse:

«Do Aelberih daz liet irhub,
do het er einen Salemonis mut
in wilhem gedanken Salemon saz
do er rehte alsus sprah:
uanitatum uanitas
et omnia uanitas,
daz quit, iz ist alliz ein itelicheit
daz di sunne umbegeit.
Daz hete Salemon wol uersuht,
durh daz svar ime sin mut,
er ne wolde niwit langer ledich sitzen,
er screib uon grozen witzzen
wande des mannis muzicheit
zo dem libe noh zo der sele nith ne uersteit.
Darane gedachte meister Aelberich,
denselben gedanc haben ouch ih,
ih ne wil mich niwit langer sparen,
des liedis wil ih uollen varen.» *)

von der Hagen und Büsching, pag. 144: «Daniel von Blumenthal, gedichtet von dem Stricker, nach dem Alberich von Vicenza;» nec non pag. 150: «Stricker nennt seine Urkunde eine wälsche, und d. i. nicht etwa, worauf ihr Verfasser Albrich von Vicenza führen möchte, eine italienische, sondern eine französische. Nach damaligem Sprachgebrauch bedeutet jenes Wort zwar überhaupt nicht-deutsch, aber besonders französisch, weil diese auch damals die gemeinste Sprache war, so dass selbst Italiener (z. B. noch Dante's Lehrer Brunetto Latini) darin schrieben. etc.»

*) Vers. 19 sqq. — Conf. literar. Grundriss pag. 145:

Restat, ut et de ipso *Alexandreidos* nostrae conditore pauca disseramus.

Püterichius suam poëtarum medii aevi bibliothecam percurrens, vers. 105. sqq. *Alexandreidos* cujusdam simulque ejus auctoris mentionem facit:

«Wie nun herr Alexander
die welt bezwungen hat,
Ulrich vil wol das vannd er
von Erssenbach dieselbig seine that.» *)

Varii carminis hujus codices adhuc supersunt, Guelferbytanus, Vaticanus, fragmenta duo Lassbergica etc.; e quibus patet *Ulricum Eschenbachium* (non *Erssenbachium*) in gratiam domini sui *Alexandreida* e latino *Gualtheri* in germanicum traduxisse:

«Ich wolde euch gern ein wenic sagen,
Walter ein meister was genant,
in kriechischen er geschriben vant
in der kronika ein teil alter geschichte,
in latine er uns dü tichte etc.» **)

„Von Dizencz (Bizencz) maister Albrich
der bracht ain rede an mich
user welscher zungen,
die han ich des bezwungen
daz man sie in tutsch vernimpt
wem ze kurczwilen gezimpt,
niemant der entschelte mich
loug er mir, so loug auch ich.“ —

*) *Jacob Püterich von Reicherzhausen*. Ein kleiner Beitrag zur Geschichte der deutschen Dichtkunst im schwäbischen Zeitalter. Von Joh. Chr. Adelung. Leipzig 1788.

**) Fragmentum majus Lassbergicum vers. 147 sqq.

De hoc Gualthero *Trithemius* in catalogo virorum illustrium pag. 141 edit. Francof. d. a. MDCL. hæc habet: « *Gualtherus dictus de Castellione*, oriundus autem ex Insulis, oppido *Flandriae*, vir in divinis scripturis studiosus et eruditus atque in saecularibus literis egregie doctus, philosophus, poëta et theologus clarissimus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, metro valde promptus et peritus. Scripsit eleganti carmine gesta Alexandri Magni, opus profecto non abjiciendum, quod tantæ auctoritatis in scholis grammaticorum antiquitus fuit, ut prae ipso veterum poëtarum lectio neglecta videretur. Sed et alia multa composuit, quae ad me non venerunt. » Epicum *Gualtheri* poëma typis mandatum est anno MDXIII. a *Renato Beck Argentinensi*, inscriptumque: « *Alexandri Magni regis Macedonum vita. Per Gualtherum episcopum Insulanum heroico carmine eleganter conscripta.* »

Nostram vero Alexandreidem nec eandem esse, quam *Eschenbachius* scripsit, neque ex eodem quidem fonte petitam, omnino compertum habemus. *Eschenbachius* nimirum aetate multo est posterior, *Gualtherus* autem, cujus vestigiis insistit, *Arrianum* ante oculos habuisse, indeque poëmatis sui stamina deduxisse mihi videtur.

Alium Alexandreidos germanicæ mediæ ævi auctorem *Docenius* primus laudavit, *) *Rudolphum Montfortium*, qui circa annum MCCL. scripsit, cujusque codicem unicum bibliotheca regia Monacensis pos-

*) Museum für altdeutsche Literatur und Kunst, herausgegeben von von der Hagen Docen und Büsching. Tom. I. pag. 51.

sidet. Sed ne hic quidem nostrae *Alexandreidos* conditor est; neque tamen omnino remotus ab illo, quem antecessorem suum ipso ejus nomine excitavit:

« — So manich wiser man
vor mir sich hat genummen an
zu dichtende div maere;
dem edeln Zeringaere
dicht' es durch siner hulden solt
von Herbolzheim her Berhtolt,
der hat als ein bescheiden man
gefüge unt wol gesprochen dran
unt taet bescheidenliche erchant
des er von ime geschriben vant,
doch hat er gedichtet niht
des div historie von im giht,
daz der zehende (teil) mohte wesen
des ich von ime han gelesen.
Ez hat ouch nach den alten sitten
stumpflich niht wol besnitten
ein Lamprecht gedichtet
von welsche in tutsche berichtet etc.» *)

Tertium igitur et quartum comprehendimus *Alexandreidos* poëtam; utrumque *Rudolpho* priorem, operisque ratione ab illo, qui *Curtium* sequi creditur, abhorrentem. Referunt enim *Bertholdus* atque *Lambertus* ea, quae de Alexandro acceperant, non historicorum modo, rebus exacte tentatis examinatisque; sed ingenium libere vagari, iisque partibus insistere patiuntur, quas proprius egregiusque splendor reddere solet conspicuas. In eo vero *Rudolpho* iudice valde

*) Badisches Archiv. Tom. I. pag. 50.

inter se differunt, quod *Bertholdus* justo probatoque metro scripserit, *Lambertus* vero, ætate quippe superior, artis metricæ leges vel ignoraverit vel neglexerit.

Negari nequit, accuratas hasce notas, quibus *Lambertus* a *Bertholdo* distinguitur, nostro poëmati prorsus convenire. Scriptum est enim versibus incomtis iisque non raro simili vocalium sono desinentibus, non tamen omnino concinentibus; quod quidem concentus genus primis poëseos germanicæ temporibus merito addici solet. Gravissimi vero summique momenti res est, nostræ quoque *Alexandreidos* conditorem *Lambertum* vocatum fuisse eumque ipsum testari, se operis sui elementa e gallico *Alberici* poëmate petiisse. Clericum denique eam composuisse, sententiæ biblicæ hinc inde dispersæ, operisque totius non obscurus finis, inanem vanamque rerum terrestrium naturam describendi, non mediocriter confirmant. Mirum sane, apud Germanos non minus quam apud Gallos bellicosissimi regis historiam ex ignoto tranquilloque *clerici* museo processisse atque in palatia et castra transiisse, in quibus animos ad tumultus et amores inflammabat, et ad pericula subeunda excitabat.

Bertholdus Herbolzhemiensis nostrum *Lambertum*, antecessorem suum popularemque, studiis atque dialecto conjunctum, ante oculos habuisse, eoque duce poëmatis sui rationem instituisse videtur. Opus suum procul dubio *Bertholdo V. Zaringiæ* duci, *Bertholdi IV.* patris anno MCLXXXVI. successoris, consecravit. Hic nimirum, rebus in *Burgundia* summo labore compositis, seriori vitæ suæ tempore in

patriam recessit, ibique in castro *Friburgensi*, amicorum et fidelium suorum coetu stipatus, austeritatem illam, quam reliquo vitae cursu exhibuerat, deposuit. Cujus rei gravissimum testem habemus *Bertholdum* abbatem Thennenbacensem, qui Roma redux avunculum suum in eodem castro, non absque detestatione morum monacho damnandorum, visit: « Ingressus quippe curiam ducis, ipsum cum ministris et militibus in castro *Friburg* jucundum et hilarem invenit, ludo et aleis quibusdam deditis, aliis vero choreas ducentibus, et ad vocem organi cantantibus etc. » *)

Obiit et sepultus est dux *Bertholdus* Friburgi anno MCCXVIII. Neque tamen eo mortuo urbs haec florentissima musis grata esse desiit. Eodem quippe saeculo decimo tertio alium insuper e celebrioribus medii aevi poetis, in sua moenia receptum, ad ultimos usque dies fovit: *Conradum Herbipolitanum*. **)

*) Schöpflini codex diplomat. histor. Zaring. Bad. Nro. 77.

**) Annales Dominicanorum Colmariensium ad annum MCCLXXXVII. Museum für altdeutsche Literatur und Kunst. Tom. I. pag. 40 et 150.

Poëma nostrum in duas partes dividi potest, quarum prior, ineuntes Alexandri annos resque in bello contra Persas ab illo gestas complectens, propius ad historicam veritatem accedit; posterior vero, expeditionem indicam, iter in paradisum, aliaque hujus generis narrans, omnino poëtica est, suasque species ex auctoris ingenio petitas miris quandoque coloribus depingit.

Ac primum quidem diffiteri nequeo, auctorem nimis longo ambitu a remotissimis ordiri rebus, cum ante omnia herois sui genus dicat, fabulam de patre egyptio magicarum artium peritissimo rejiciat, pueri formam habitumque describat, magistrosque recenseat quibus Alexander usus fuisse creditur.

Der eriste meister sin
 der lart in criechisch und latin,
 und scriben ane pergemint
 noh dan was er ein lützil kint;
 und lart in vil manige buch
 und andire wisheit genuch.

Sin meister, den er darnah gwan,
 der lart in wol musicam,
 und lart in di seiten zihen
 daz alle tone darinne gihen,
 rotten unde der liren clanc
 und von ime selben heben den sanc.

Der dritte frumete ime wole,
 er lart in allir dinge zale,
 und lart in al di wisheit
 wi verre div sunne von dem manen geit,
 und lart in ouch di list
 wi verre von den wazzeren zo den himelen ist.

Der meister den (er) do gwan
 was Aristoteles der wise man,
 der lart in alle di cundicheit
 wi der himel umbe geit,
 und stach ime di list in sinen gedanc
 z'erkennene daz gestirne und sinen ganc
 da sih wisen veren mite bewarint
 da si in dem tiefen mere varint.

Einen meister gwan er aber sint
 Alexander daz edele kint,
 der lart in mit gewefene varen
 wi er sih mit einem schilde solte bewaren
 und wi er sin sper solde tragen
 zo deme, dem er wolte schaden,
 und wi er den erkiesen mochte
 und gestechen, als iz ime tochte,
 und also der stich were getan
 wi er zo dem sverte solde van
 und damite kundicliche slege slan. — —

Der seshte bestunt in mit grozen witzen
 und lart in ze dinge sitzen,
 und lart in, wie er daz irdechte
 wi er von dem unrechten beschiede daz rechte,
 und wi er lantrecht bescheiden kunde
 allen den er is gunde.

Hisce magistris optime institutus puer omnes æquales suos, et corporis et animi viribus, longe post se relinquit; unus omnium Bucephalum equorum ferocissimum domitat; togam virilem induit; mortuoque patre Philippo imperii frena suscipit. Mox, laudis gloriæque appetentissimus, in prælia ruit, Tyrique obsidionem copiiis urget artibusque. Inter adorientes primus invictusque, lorica ejus quippe draconis sanguine tincta est, ignem, quem dicunt græcum, in moenia urbemque mittit, longo tandem cruentoque certamine victor. Nunc demum Persarum regi Macedonum temeritas et secunda fortuna nuntiantur, qui juvenilem ducem parvamque manum despiciens, pilam Alexandro mittit, puerorum ludum, duo calceorum vincula, paullulumque auri; appositis literis, munera hæc explicantibus. Quæ omnia Alexander in usum suum convertit:

Do gienc er (Darius) ze rate
 daz er im sante drate
 einen guldinen bal
 scone und sinewal;
 ouch sant er ime ze hant
 zvene herliche scuochbant,
 und ein lutzil goldis in einer laden —;
 und hiz von disen drin sachen
 ein brieb machen,
 der ime rechte bescheinte
 waz dise gabe meinte.

Mit dem balle meint er daz
 daz ime gezeme michilis baz
 daz er mit anderen kinden
 des balles spilen gienge,

dan er sine lute vienge
 und di sluge oder hienge;
 dazzo meinten di scuochbant
 di er ime ouh hete gesant,
 daz ime Alexander
 und dazzo manic ander
 tagelich dienen solde
 also vil so er wolde;
 ouch meinte daz golt,
 daz ir vil rechte merken svlt,
 daz sin vater were
 sin rechter cinsere,
 und daz er ouh solde
 leben mit dem golde
 biz daz er heim queme
 und niemanne niht ne neme
 und ouch schiere heim rite;
 und ob er iwit lange bite
 oder tate wider sinen willen,
 er hiez in mit besemen villen.

Do Alexander den brieb gelas,
 vil harte unmere ime was
 daz er in mit besemen wold slan
 sine boten hiez er alle han;
 der boten einer zo ime sprah:
 herre ne tuot uns nehein ungemach,
 wande daz ne ware niwit recht
 sva sihein vher knecht
 vher boteschaft tribe
 daz er darumbe tot blibe,
 ne schendet niwit vheren namen. —

Alexander bedachte sich
 den boten wart er gnedich —

er gab in wider dazselbe golt
daz ime von Dario quam;
er sprah: vil vbile daz gezam
daz mich drowete ze slan
Darius vher herre,
waz sol der rede mere,
er ist ein unversunner man —;
sinen brieb han ih wol vernomen,
div gabe ein ander meinert
dan mir der brieb bescheinet.

Den bal hat er mir gesant,
damite hat er mir bekant
daz ir allis ane mir sol stan
daz der himel hat umbevan
und ih here sule werden
noh an diser erden
vbir alle di riche
di sint in ertriche
und vbir alle di lant
di ie wurden genant;
er sante mir ouh zve schuhbant,
damite hat er mir bekant
daz er sih mir ze eigene wil geben
und mit minen gnaden leben
und min dienst wille sin
z'allen herverten min;
mit dem golde daz ir mir habet bracht
damite hat er gedacht
daz mir eineme daz gezeme
daz ih den zins von ime neme,
und ouh alle erdische lant
bedwinge zo miner hant.

Diz screib Alexander do
und santiz Dario.

Bello hisce muneribus literisque indicto, Darius Mennem (Memnonem Rhodium) obviam mittit Alexandro, qui victoris hostis cursum reprimere frustra conatur. Proelio contendunt, in quo ipse quidem Macedonum rex incredibili virtute conspicuus vulneratur, dux vero Persarum occiditur, copiis ejus fugatis et quoquoversum dispersis. Neque hac magna suorum clade Darius resipiscit, sed nova insolentia novisque contumeliis Macedonem irritat atque provocat :

Darius under des screib
einen brieb Alexandro
und hiz ime darzo
eine wage mahenes furtragen
und hiz ime sagen :
daz er zalte di korn,
iz ware ime leit oder zorn
er ne conde si nit gezellen,
also ne moht er sine gesellen
gezelen noh sine heriscraft
di er ime gagen hete braht. —

Do Alexander gelas
daz an dem brieb gescriben was
der wolgeborne jungeline,
den mahen er froliche entfienc
und warf in der stunt
in sines selbis munt,
und az sin ein vil michil teil
und sprach : wir haben gut heil

dise corner sint so manicfalt
si ne werden von mir niemer gezalt;
in sinen munt er si streich
und sprah: si sint so weich
und smeckint so wole
ih hoffe, daz ih sin here sole
harte wol verwinnen
mit minen jungelingen.

Sin bote quam under des gerant
da er Alexandrum vant
der sagite ime daz Olympias
sin muter viel siech was
und bat in vil harte
daz er dahine karte
wande si des jehe
ob si in gesehe,
si genese curzliche.
Alexander der riche
der screib do selbe einen brieb;
di hant er in sinen butel stiz
als iz ime in den mvt quam,
sine hant fol pefferis er nam
ze Darien bote er do sprach:
diz ezze din here ob er mach
dise corner sint niht manicfalt
si sint vil schiere gezalt,
alsus bitter ist min here
er ne mah sih niemer mih irwere.

Reliqua hujus belli eventa eodem fere, quo ab aliis plerumque modo, ordine tamen omnino disturbato narrantur; interjectis quoque,

ubi fieri potuit, non ineptis fabulis, cujusmodi Philippi patris imago est, quæ in somnio ægrum filii animum erigit, proximamque ei victoriam vaticinatur.

Darius proelio sinistre commisso non in itinere sed in ipso palatio ex insidiis interficitur. Alexander perfidiam detestans advolat, ultimaque morientis suspiria recipit.

Alexander und sin here breit
 al di wile vbir den strach reit
 mit vil grozer gwalt,
 do wart ime gezalt
 wi iz Dario was irgan;
 zo dem palase rant er san
 und gienc uffe daz hus,
 do floz zo den wunden uz
 das blut dem kuninge Dario.
 Alexander sprach ime zuo
 weinende jemerliche
 und sprach: helt riche
 du bist starke gewunt
 mohtistu noh werden gesunt
 ih lieze dir dine riche
 imer mer frideliche
 unverhert und unverbrant,
 kuningis name ist an dir gescant;
 west ih wer daz hete getan
 iz sold ime an daz leben gan,
 du ruwis mih zum mazen
 wi wares tu verlazen,
 sus eine in dim palas
 ein michil ungelucke iz was,

daz din nieman ne plach;
 o wi daz ih disen tach
 ie solde geleben
 daz ih dih turlicher degen
 alsus solde sehen verlagen,
 wi moht ih imer verclagen
 disen freislichen mort.
 Dise kuninliche wort
 begunden wol gevallen
 sinen mannen allen. —

Peractis, quas summa pompa adornaverat, exequiis, nuptiisque cum Darii filia celebratis, Alexander Porum aggreditur eumque certamine singulari percutit. Indicam deinde expeditionem molitur, cujus inauditos casus ipse copiosis literis domum nuntiat.

Alsus hebet sih der brieb
 daran leit und lieb
 screib Alexander
 di er und manich ander
 leit in fremedem lande;
 siner muoter er in sande
 der sconen Olympiadi
 und sinem meister Aristotili.

Ad urbem Barbaram exercitus primis tentatur incommodis. Crocodili nimirum ex aquis emergentes militum quosdam devorant; bestiaeque ferocissimae, terrae hujus quasi vigiles, in castra ibi posita impetum faciunt. Quin et serpentes irruunt, harpyiaeque, vulpes cadaverum voraces, monstrumque ingens nulli hominum hucusque visum. Longius progredientibus gigantes resistunt ferreis vectibus armati.

Do brache wir uf unse gezelt
 und sahen ubir ein felt
 wa ein scone stat was
 di was geheizen Barbaras
 ubir daz wazzer eine mile;
 mine riter aldi wile
 wolden swimmen in den wach
 dar ginc uns der scade nach,
 cocodrillen quamen
 miner gesellen si namen
 sibene und zvenzic
 di verloren da den lib;
 vorwar ih iv daz sagen mach
 wand ihz selbe ane sach,
 in irn munt si sie azen,
 di most ih varen lazen. — —

Die ruwe wart uns da vil sur,
 wande uz dem walde quamen gegan
 manih tier freisam
 und freislich gewurme
 mit dem begunden wir sturmen
 vil nah alle di naht,
 der durst hete si dare braht
 des wazzers wanden si sih laben;
 scorpiones taten uns grozen scaden
 si waren breit und lanc
 und heten freislichen ganc
 beide wiz und rot
 si taten uns michele not
 si irbizzen uns manigen man;
 do quamen lewen gegan
 di waren groz und starc
 mere vorhte nie ne wart

under neheineme here,
 den lewen moste wir uns were;
 dornah quam zoz uns gegan
 manic eber freisam
 grozere dan di lewen
 mit den zanden si hiwen
 alliz daz vor in was;
 daz unsir ie dehein genas
 des habe got danc,
 di zande waren in lanc
 einer clafter oder me
 di taten uns vil we;
 do quamen elefanden
 manige gegangen
 trinken zo dem wage; —
 ouh suhten uns slangen
 ummazen lange
 mit ufgerichter Brust; —
 do quamen lute gegan
 also tubele getan
 si waren also affen
 under den ougen gescaffen,
 si heten sehs hande
 lanc waren in di zande
 harte myoweten si min here
 mit speren ioh mit scozzen,
 di sturben ungenozzen.

Unse not di was manigfalt
 do brante wir denselben walt
 daz was durh daz getan
 daz wir fride mosten han
 von den freislichen tieren;
 darnah vil schiere

sah ih daz gruwelichste tier
 daz sint oder er
 ieman mohte gescowen, —
 iz was gezwiget als ein hirz
 iz hete dri stangen
 groze und lange —
 ein michil teil von minem here
 sehs und drizic waren dere
 di iz mit den hornen irsluh; —
 ouh sagich iv zvaren
 daz ir funzic waren
 di iz irtrat mit den vovzen. —

Dar nah in der nahesten naht —
 fovchse dar ouh quamen
 groze uzir mazen
 di lichnam si azen,
 daz ne mohte wir niwit irwere
 ih und al min here;
 in dem velde da wir lagen
 fliegen wir sahen
 alse tuben und ledersualen,
 daz ne beviel uns niwit wale,
 si heten menschenzane
 si azen uns allizane
 nasen und oren.

Darnah in curgen stunden
 vore wir mit gewalt
 in einen harte sconen walt,
 da stunden hoe boume
 des name wir allis goume
 uf den boumen wohs alliz daz
 daz daz lantlut az

da si sih mite nereten,
 di uns daz lant wereten
 di waren ummazlichen groz
 owi wi starke uns der verdroz
 wandiz waren gigande
 und trugen an ir hande
 staheline stangen
 und quamen uns zo gegangen
 vil unfrideliche;
 ih gedachte wisliche
 und begunden raten
 waz wir darwider taten,
 wir wochzeten alle insamen
 wand si nie mer ne vernamen
 neheines menschen stimme
 so fluhen si vil grimme
 verre in einen grozen walt. —

His aliisque periculis fortiter superatis melior fortuna strenuos excipit. Regio nimirum elapsa nocte deserta primo mane floridis pratis virentibusque vestitur arboribus, quarum tamen fructus decerpere nemini permittitur. Aviculæ quoque cicures circumvolitant, generisque sui gloria Phoenix, cujus caput solis instar radiat.

Groz wunder ih da sah,
 des morgenes do uns quam der tach
 do sah ih wassen boume
 des nam ih rehte goume,
 di wohssen harte scone
 uzir erde unz an di none
 darunder blumen und gras;
 do di none liden was

do sunken di boume nider
 tiefe under der erden wider;
 uf den boumen wohs gut fruht,
 da beginc ih groz unzuht,
 ih gebot minen knechten
 daz si mir des obezes brechten
 groz not in darvone bequam,
 svilich irre das obiz nam
 der wart so zebluwen
 daz ime daz moste ruwen
 daz er ie geboren wart,
 si worden ouh an der vart
 mit geislen sere zeslagen,
 si ne wisten ubir wen doh clagen
 wande si ne gesahen niemanne
 doh horten si eine stimme
 di gebot und sagete,
 daz nieman ne scadete
 dem obize noh den boumen. —

Ouh sahe wir dar
 cleine fugele daz ist war,
 di waren samfte gemvot
 und ne forchten niwit den tot;
 groze not er liden solde
 sver in scaden wolde
 den brante daz himelfivr
 dem wart daz leben vil svr;
 ein wunder scowetih daz ouh
 einen boum ane loub
 der ne hatte blat noh fruht,
 da saz ein scone vogel uf
 dem waz sin houbet
 ob irs mir geloubet

luttir so di sunne,
 er was allir fugele wunne
 er ist Fenix genant,
 ubir alle di lant
 und ubir al ertriche
 daz wizzet werliche
 n'ist wen der eine. — —

Quo longius in terra hac miraculis plena progreditur Alexander, eo jucundiores casus subit splendidioresque. Silvæ adpropinquat, in qua describenda poëtæ ingenium omnia voluptatis blandimenta conso-
 ciasse videtur. Jam procul resonat dulcissimus lyrae citharæque can-
 tus. Quippe hic habitant veris filiæ, quae, hyeme præterlapsa, sensim
 e turgidis recentium florum corollis ascendunt, vitamque agunt curis
 vacuam, ludis jocisque exultantem. Proh dolor vero, quando re-
 currentibus annis plantæ genitricis languescunt, progeniemque, cui
 nulla salus restat, in interitum suum trahunt. Alexandri quoque
 exercitus insperata hac vice summopere contristatur.

Do wir furen bi dem mere
 do reit ih uzer dem here
 mit drin dusint mannen
 do hube wir unsih dannen. —
 Do sahe wir verre dannen sten
 einen herlichen walt,
 daz wunder, daz was manicfalt,
 daz wir da vernamen
 do wir da bi quamen,
 do horte wir darinne
 manige scone stimme,

liren und harfen klanc
 und den svzesten sanc
 der von menschen ie wart gedacht. —
 Vil harte wunniclich der scate
 under den boumen dar was,
 da entsprungen blumen und gras
 und wurze maniger kunne,
 ih wene, ie walt gewunne
 also manige zirheit,
 er was lang und breit;
 derselbe walt der lach,
 als ich iv dervon sagen mach,
 an einer sconen ouwen
 dar moste wir scowen
 manigen edelen brunnen
 der uz dem walde quam gerunnen
 luttir und vil kalt; —
 ho waren di boume
 di zelgen dicke und breit, —
 da ne mohte di sunne
 an di erde niht geshine.
 Ih und di mine
 wir liezen unse ros stan
 und giengen in den walt san
 durch den wunniclichen sanc;
 di wile duhte uns harte lanc
 biz wir dare quamen
 daz wir vernamen
 waz wunderis da mohte sin;
 vil manich scone magetin
 wir alda funden,
 di da in den stunden
 spilten uf dem grunen kle,
 hundirt tusint und me

di spileten und sprungen
hei wi scone si sungen,
daz beide cleine und groz
durch den suzlichen doz
den wir horten in dem walt,
ih und mine helide balt,
vergazen unse herzeleit
und der grozen arbeit
und alliz daz ungemach
und swaz uns leides ie gescach. — —

Wold ir nu rehte verstan
wi iz umbi di frowen quam,
wannen si bequamen
oder wilich ende si namen,
des mach iv wol besunder
nemen michil wunder;
svanne der winter abe ginc
und der svomer ane ginc
und iz begunde grunen
und die edelen blumen
in dem walt begunden ufgan,
do waren si vil wol getan
liecht was ir glize,
ir rote und ir wize
vil verre von in schein,
blumen ne wart nie nehein
di sconer wesen mohte,
si waren als uns beduchte
rechte sinewel als ein bal
und vaste beslozzen vbiral,
si waren wunderlichen groz;
alse sih di blume obene entsloz,

daz merket an vheren sinne,
 so waren darinne
 megede rehte vollencommen; —
 si gingen und lebeten
 menschen sin si habeten
 und redeten und baten
 rehte also si haten
 aldir umbe zwelif iar;
 si waren gescaffen daz is war
 scöne an ir libe,
 ih ne sach nie von wibe
 sconer antluzze me
 noh ougen also wol ste;
 ir hande und ir arme
 waren blanc als einem harme. —
 Vndir in ne was nehein
 si ne phlege sconer hubischeit,
 si waren mit zuhten wol gemeit
 und lachten und waren fro
 und sungen also
 daz e noh sint nehein man
 so suze stimme ne vernam.

Mugint ir's getruwen
 so solden dise frowen
 alliz an den scate wesen
 si ne mohten andirs nit genesen,
 svilhe di sunne beschein
 der ne bleib ze libe nie nehein;
 daz wunder daz was manicfalt,
 do waz irschellet der walt
 von der suzer stimme
 di da sungen inne

di fugele und di magetin,
 wi mohtiz wunnliclicher sin
 fro und spate,
 al ir libes gewete
 was ane si gewassen
 ane hute und ane vasse;
 in was getan di varwe
 nah den blumen garwe
 rot und ouch wiz so der sne. — —

Owe daz wir so schiere verlorn
 daz michele gemacht. —
 Vil iemerliche uns do gescach
 daz ih verclagen nit ne mach,
 do di zit vollenginc
 unse frowede di zeginc
 di blumen gare verdurben
 und di sconen frowen sturben,
 di boume ir loub liezen
 und di brunnen ir fliezen
 und di fugele ir singen,
 do begunde dringen
 unfrowede min herze
 mit manicfalter smerze;
 freislich was min ungemah
 daz ih alle tage sah
 an den sconen frowen,
 owe wi si mih ruwen
 do ih si sah sterben
 und di blumen verderben. —

Fabula apud medii ævi scriptores celebratissima de sene in
 conclavi, splendido adparatu instructo, dormiente, hic etiam in-
 texta invenitur.

Summam vero artem adhibuit auctor in reginae Candacis palatio describendo, prodigiosisque amoribus adumbrandis. Horum quoque pauca quaedam hic delibare juvat.

Der edelen kuninginnen sal
 der was als ih iv sagen sal,
 daz si ze myse inne ginc
 so si liebe geste entfienc,
 herlich und reine
 gezieret mit gesteine
 nidene und ouh obene
 was er wol ze lobene;
 do di frowe ze tabelen saz
 also si tranc und az,
 da hinc ein ture umbhanc
 der was breit und lanc
 vom edelen golde durhslagen,
 mit sidin waren darin getragen
 vogele und tiere
 mit manicfalden ziere
 und mit manigerslahte varwe; —
 man mohte daran scowen
 riter und frowen,
 ze den enden und an den orten
 waren ture borten
 und elfinbeinige crapfen
 di hangeten an den ricken;
 also man zouh den umbhanc
 manic goltschelle daran irclanc. —

Ouh sah ih da ze stunden
 daz vor ir tabele stunden
 zwei edele kerzestallen
 von lutteren cristallen,

da was gesatz inne
 manic scone gimme;
 obene stunden ouh daran
 daz scowete da manic man
 zwei lihte carbunkel,
 di naht ne was nie so tunkel
 si luhten so di sterren
 nah und verre
 und so, daz man in dem sal
 wol gesach ubir al
 in allen enden
 also div vackelen brenten. — —

Ouh wil iv sagen mere
 von der kuniginnen here
 wi ir spil was getan,
 so si ze muse solde gan.
 Mitten in ir palas
 ein scone tier geworcht was
 daz was alliz golt rot
 also siz selbe gebot;
 daz tier was vil herlich
 einem hirze gelich,
 an sin houbit vorne
 hattiz dusint horne,
 uf allir horne gelich
 stunt ein fugil herlich;
 uf dem tiere saz ein man
 scone und wol getan
 der furte zwene hunde
 und ein horn ze sinem munde,
 Nidene an dem gewelbe
 lagen viere und zuenzich blasebelge,
 z'aller belge gelich
 gingen zvelif man creftich;

so si di belge drungen
 di fugele scone sungen,
 an dem tiere vorn
 so blies ouh der man sin horn,
 so galpeden ouh di hunde;
 ouh lutte an der stunden
 daz herliche tier
 mit der stimmen als ein pantier,
 dem get understunde
 ein adem uz dem munde
 suzer den wirouch. —

Extremo deinde poëmate epistola regis de Amazonibus continetur; quibus supplicibus pace benigne concessa, omnibusque gentibus divictis, protinus ad orbis terrarum fines Alexander progreditur, ibique cum amicis consilium inquit de paradiso expugnando. Navem in Euphrate fluvio, qui cursum suum inde capere creditur, instruunt lectissimaque juventute complent. Quantas vero hac expeditione subierint difficultates, quem finem consecuti fuerint, quale donum reportaverint, ipsum poëtam enarrantem audiamus, qui in eo etiam feliciter egisse videtur, quod his ipsis fabulis enarrandis carmen terminari instituerit.

Lange si do furen
 bi einer hohen muren,
 und ne mochten nehein ende
 an der steinwende
 veren gevinden;
 doh quam daz ingesinde
 ubir lanc z'einer ture,
 da riefen si lange fure

do begunden si bozen
 slan und stozen
 mit grozem unsinne;
 di selen darinne
 und di engelische scare
 di ne namen des neheine ware,
 iedoch quam ein alt man
 zo der ture gegan
 der fragete si, waz si wolden;
 si sageten, daz si solden
 lazen ir singen
 und zins bringen
 irem herren Alexandro. —

Do antworte der alte man
 und sprach: ir muzit beiten
 biz daz ih iv bereiten,
 ih wil an disen stunden
 minen gesellen kunden
 vheris herren wille;
 do gienc er dane stille
 und merete niwit lange,
 und quam wider gegangen
 er sprach: nu merket wol
 di wort di ih iv sagen sol,
 ir sult sagen also
 dem herren Alexandro. — —
 Wes wenet Alexander
 ein man ist als ein ander
 beide fleisc und bein;
 sehet bringet ime disen stein
 er is vile ture
 stark is sin nature,

iz wizzen lutzil lute
 waz der stein bedute,
 den gebet ime an sine hant
 und heizet ime diz lant
 vil harte schiere rumen
 er ne sol niwit sumen,
 und saget ime damite
 daz er wandele sine site. — —

Di herren karten do wider
 und furen daz wazzer nider; —
 doh quamen si ubir lanc
 wider hein ze kriechlant. — —

Do hiz der kuninc drate
 wite sagen mere
 ob dihein man were
 der ime mohte bescheinen
 di craft von dem steine,
 dem wolt er wol lonen
 daz svor er bi der cronen;
 vil manige dare quamen
 do si daz vernamen; —
 do ne wiste ir neheiner
 di craft von dem steine. — —

Do sagete man werliche
 dem herren Alexanderen
 von einem anderen,
 der were ein jude vil alt
 sin wisheit were manicfalt
 und wonete in sinem lande
 zehant er nah dem sande; —
 do truch man den alten
 ze hobe vil balde.

Do in der kuninc gesach
 do gruzt er in und sprach :
 mir is gesaget daz du sis
 in vil manigen dingen wis
 und kunnes manige groze list; —
 nu bescowe rechte disen stein
 und zeige mir rehte
 sinen art und sin geslechte. —
 Der jude nam in in die hand
 schiere het er kant
 sin nature und sinen art
 er sprach : nu n'ist noh nie ne wart
 nehein sin geliche
 in allen ertriche. —

Do hiz er ime bereiten
 eine wage mit sinne,
 einehalb darinne
 leget er den turen stein
 manigen guldinen zein
 in di andren scale,
 der stein zuckte si ze tale;
 do hiez er daz man solde
 mer legen zo dem golde,
 durh daz man irfunde
 was der stein kunde.
 Do sin gebot waz irfolt,
 do svebete obene daz golt
 der stein svebite under
 daz was ein michil wunder; —
 er waz ze mazen cleine
 also eines menschen ouge.
 Do hiz der jude tougen

mit dem golde rumen
 und legete eine plumen
 und erde ein cleine
 wider deme steine; —
 do zouh an der stund
 di vedere ze grund
 und di erd di da bi lach. —

Da sprah der judische man:
 wollent ir'z rehte verstan
 so hiz got machen
 sus wunderliche sachen
 dem kuninge ze leren,
 er irhub sih grozer eren;
 ouh sit ir al gemeine
 gemanet mit dem steine. —
 Bewaret iv von der giricheit
 wande si machet manige herzeleit
 wande swer so giric wille wesen
 wi mach der iemer genesen;
 der lebet mit sorgen
 den abunt und den morgen
 wi er des beginne
 daz er imer gwinne,
 alliz daz ime zo veret
 daz verslindet er und verzeret
 und ne wirt doh niemer vol;
 er is daz hellische hol,
 daz noh nie ne wart sat
 noh niemer werden ne mac. — —
 Nu sehet waz is iz dan
 niwis a dirs wan ein cranc man
 der glichet dem steine
 der in der wagen eine

sih selben nider druckete
 und daz golt uf zuckete;
 ir waret unwise
 daz ir das paradise
 wandet irvehten. —
 Ir muzet verterben
 und wisliche sterben,
 so muzt ir werden
 geminget zo der erden;
 sus sold ir hine rumen,
 so glichet ir der plumen,
 di nider mit der erden ginc
 dar si in der wagen hinc
 und uf zuckete den stein.
 Nu n'ist vher nehein
 er ne habe gehoret rehte
 des steines geslehte
 sine lichte und sine sware
 beide vil offnbare.

Reliquum est, ut viris doctissimis, *Herrenschnaidero*, *Schweighäusero* atque *Jungio*,
 publicæ *Argentiniensium* bibliothecæ præfectis iisdemque academiæ professoribus meri-
 tissimis, qui Alexandreidos nostræ codicis describendi copiam humanissime mihi fecerunt,
 debitas grates publice persolvam.

Palæographicum quoque ejusdem codicis specimen, in officina *Henderiana*, quæ *Fri-
 burgi* est, exaratum, commentationi huic subjungendum existimavi.



az liet daz wir hie wirken.
daz sult ir rechte merken.
sin gevöge ist vil gerech
iz richte d'paffe lamprech.
unde sager uns ze mare:
weralexander ware: **A**lex
ander was ein listich man.
vil manngeriche er gewan.

er restorte mange lant. philipp was sin uater
genant. daz mugt ir wol horen. i libro macha
beoz. elberich uon bisenzon d'brahte uns diz
liet zo. d' hertz in walischen gericht. ih han is
uns in durischen berihret. in eman ne schuldige
mih. alle daz buch sager so sagen ouch ih.

Oo ælberich daz her ir hub. do het er einen sa
lemons in vr. in wilhem gedanken salemon saz.
do er rehrefus sprach. uanitati uanitas. et oia
uanitas. daz quit iz ist alliz ein ire licheit. daz
di suone umbegit. daz hete salemon wol ufuht.
durch daz swar inie sin in vr. er ne wolde ni wit
langer ledich sitzen. er screib uon grozen wizen.
wande des mannis mozicheit. zo dem libe noh
zo d' sele nich ne usteit. darane gedachte meister
ælberich. den selbengedanc haben ouch ih.
ih ne wil mich ni wit langer sparen. des liedis
wil ih uollen varen. . .

7

